1564 d. 10. Aug: Ex ms. Bibl: Zalus: N 244. 303

Poloni Commissarij: Sigismundo Augusto Regi suo. 76

Rostochio scripsimus Mti vrae Regiae non:
nulla de conatibus Cruciferorum e Michaele
Brunavo cognita, et quod ei fuerimus au:
thores ut Lubecum excurreret, quo diligenti:
us omnia exploraret. Is autem inde rever:
tens confirmavit de commendatoribus Se
cretario, et patruele Mgri Livonici capti:
vi, itemq de pecunia, Addidit etiam cum
Senatu civitatis illius actum esse nonnihil,
sed eum societatem consiliorum abnuisse, de
pecunia tamen apud suos deponenda non renu:
sasse. Hamburgi negavit ullum esse Caes: lega:
tum, neq usquam alibi. Lubecenses tamen
legati cum eos de ea legatione Crucifera com:
pellaremus, nec se diffiteri posse animadver:
terent, fassi sunt, eam apud se esse et navi:
gare in Moschoviam velle de liberando ca:
ptivo Mgro, fretam vel legatione, vel certe
commendatione Caesaris, atq pontif: max:
et Regis Rom: fortasse. Subjecimus nos iam
eam navigasse in navi publica, quae supplen:
dae classis causa emissa sit. Nam hoc ita
posterius literis cujusdam compertum Bru:
navum nobis indicarat. Negaruntij, se id sci:
re. Brunavus quoq postea in itinere di:
xit nobis, non conscendisse cruciferos illos na:
ves publicas propterea, quod vetitum esset
publicè, ne quis externus aut ignotus in eas
reciperetur: Sed conduxisse eos minus navi:
gium, in quo ad naves publicas in alto adna:
vigarent, vel certè litora legentes versus ori:
entem. ad Revaliam Narvamve appella:
rent

N 11041

Nowakowski

appellarent. Admonuimus autem obiter ac
tacitè Lubecenses caverent, ne ex illis mo:
litionibus et practicis, quae contra M^tem
vram instituerentur, aliquid mali etiam
in Civitatem suam redundaret. De qui:
bus paulo apertius cum Danicis commu:
nicavimus, Lubecensesq ad eos remisimus.
Fertur autem et Suecus in societatem
consiliorum illorum pellici, omnia ut
videtur facturus, ac toleraturus quo
hostem suum ulciscatur. Eventus aut
successus belli Moschici expectari exi:
stimatur. De duce Finlandiae etc Lipni
10. Aug. 1564.

cały wypisać